A

249

I.

Gvarinus Veronensis: Carmina de polsemis
et vocabulorum differentis. Kolozsvár
1588. Szabó II. 201.

Kolozsvári volt ref. koll. RMK 150a.

114

[stamp]

# DE POLYSEMIS ET

## GVARINI VERONENSIS carmina de Polyſemis & vocabulorum differentijs.

Dicitur eſſe nepos à nato filius ortus, — **Nepos.**
Deq; nepa conſumptore dic eſſe nepotem.

Nepa ſcorpius, teſte Plinio, deuorat omnes filios, vno ſaluo.

*Durities carnis callus, callis via trita.* — **Callus.**
*Eſt montis collis, caulem dic eſſe virentem.* — **Callis.**
*Caula gregem claudit, capitis ſub pondere collum eſt.* — **Collis.** **Caulis.**
*Eſſe colum dices qua fœmina fila reducit.* — **Caula.**
*Virga Geometræ radius, radijq; rotarum,* — **Collum.**
*Textoris radius, radij de ſole niteſcunt,* — **Colus.**
*Sunt radij viſus & pectinis, hoſtoriumq;.* — **Radius.**
*Libri ber codex, & durus in arbore cortex,*
*Liber eri, Bacchus, nulloq; ligamine natus,* — **Liber.**
*Factus de ſeruo liber libertus habetur,* — **Libertus.**
*Libertinus erit liberto à patre creatus.* — **Libertinus.**

Valla docet libertum & libertinum idem eſſe, niſi quòd libertus ſignificet priuatum reſpectum vt patronus, Libertinus conditionem hominis, vt Ingenuus.

# GVARINI VERONENSIS carmina de Polyſemis & vocabulorum differentijs.

Dicitur eſſe nepos à nato filius ortus, Nepos.
Deq; nepa conſumptore dic eſſe nepotem.

Nepa ſcorpius, teſte Plinio, deuorat omnes filios, vno ſaluo.

Duricies carnis callus, callis via trita. Callus.
Eſt montis collis, caulem dic eſſe virentem. Callis.
Caula gregem claudit, capitis ſub pondere col- Collis.
lum eſt. Caulis.
Eſſe colum dices qua fœmina fila reducit. Caula.
Virga Geometræ radius, radijq; rotarum, Collum.
Textoris radius, radij de ſole niteſcunt, Colus.
Sunt radij viſus & pectinis, heſtoriumq;. Radius.
Libri ber codex, & durus in arbore cortex,
Liber eri, Bacchus, nulloq; ligamine natus, Liber.
Factus de ſeruo liber libertus habetur, Libertus.
Libertinus erit liberto à patre creatus. Libertinus.

Valla docet libertum & libertinum idem eſſe, niſi quòd libertus ſignificet priuatum reſpectum vt patronus, Libertinus conditionem hominis, vt Ingenuus.

Supina cō- Obſto cum conſto doctrina ſupinat in atum,
poſita à ſto Cætera dant tibi itum, Præſto formabit vtrunq́;.

**Hæc regula non eſt certa, habent enim hæc compoſita aliàs in atum, aliàs in itum ſupina.**

## DE VERBIS GEMINANTIbus primam ſyllabam in præteritis.

Duo 1. con. Ordinis hæc primi ſunt do, ſto, quæ geminantur,
Quatuor 2. Mordeo cum pendet, ſic ſpondeo, tondeo iungas,
Decem & Flexus hæc terni tibi erunt, tundo, cado, tendo,
octo tertiæ Pendo ſic pedo, cædo, parco quoq́; poſco,
Hinc diſco, tango, pango, cui iungito pungo,
Sic pario, cello, fallo, pello, cano, curro.

## DE COMPOSITIS GEMINANTIUM.

Compoſita haud geminant à ſimplicibus geminantis,
Lepor. A diſco, do, ſto, pungo, poſco, geminantur,
Lepus. Perfecta inſuper à curro veteres geminarunt,
Vir. Hortor in his vt poſteriorum exempla ſequaris.
Affines. Moribus & verbis lepor eſt, lepus eſt quoq́; ſyluis,
Agnati.
Cognati. Annis, coniugio, ſexu virtute vir eſto,
Amita. Cōiugis affines, patris agnati, matriſq́; cognati,
Matertera Eſt amita hæc patris ſoror & matertera matris.

Patruus



Patruus eſt patris, ſed auunculus eſt genitricis. Pat. Auun.
Quos ſoror & fratres generant dices amitinos, Amitini.
A patruis verò patrueles ſcito creatos. Patrueles.
Et conſobrinos geminæ genuere ſorores, Cōſobrini.
Ille ſororius eſt cuicunq́; ſoror mea nubit. Sororius.
Ipſe viri frater leuir eſt, mulierſq́; quoq́; fratris, Leuir.
Fratria, glos vxor fratris ſoror atque mariti. Fratria.
Hic cancer cri creſcit aquis cœleſteq́; ſignum, Glos.
Canceris hoc cancer morbum potes ipſe vocare. Cancer.
Pro telis arcus, fornixq́; vocabitur arcus. Arcus.
Circulus eſt arcus, irisq́; ſuum tenet arcum. Agaſo.
Ductor aſellorum ſit agaſo, ſuumq́; ſubulcus. Subulcus.
Mulio dux mulis, ouium ſit opilio paſtor, Mulio.
Aepolus eſt capris dictus bobusq́; bubulcus. Opilio.
Eſt cito curriculo, ſit curriculum tibi curſus. Aepolus.
Curriculum ſpacium & currum tempusq́; vocabit. Bubulcus. Curriculū.

Hoſpes qui recipit, ſimul atq́; receptus habetur, Hoſpes.
Altor alit, qui alitur ſolum dicetur alumnus, Altor.
Qui vehit ac vehitur vector ſolet ipſe vocari. Alumnus.
Sex caſus dices, fortunaq́; caſus habetur, Vector.
Euentus malus, caſum dic eſſe cadentis. Caſus.
Obliquis ſpectans oculis tibi ſtrabo vocatur. Strabus.
Orbe carent orbi, chara quoq́; re ſpoliati, Orbus.
Sic orbus natis priuatus, & orphanus eſto.
Lucis egens cæcus fruſtra geſtabit ocellos. Cæcus.
Vnum luſcus habet, hebeti vel lumine cernit. Luſcus.

Lar. Lar domus eſto tibi deus atq; domeſticus eſt lar.
Lar focus atque ignis, nec non penetralia ſacra.
Stipes. Stipitis hic ſtipes truncus, torris quoq; lignum.
Stipis aut ſtips. Hæc ſtipis aut ſtips eſt æs militis atque moneta,
Stirps. Hic ſtirps eſt truncus, verùm hæc ſtirps clara propago.
Cardo. Eſt hamus portæ cardo, tum limes 1 in agro,
Et cœli 2 vertex eſt, 3 ſummaq; 4 cōmoditaſq;.

1 Cardo limes eſt à Meridie ad Septentrionem ſpectans, ſicut Decumanus ab Oriente ad Occidentem.

2 Duo ſunt cœli vertices, quos Græci πόλ[illegible] vocant, nam circa eos mundi machina voluitur, non aliter atque ſores in cardine verſantur.

3 Vide prouerb. Res eſt in cardine.

4 Virgilius libro primo Aeneidos.
Haud tanto ceſſabit cardine rerum.

Fundus, da Fundus ager, ſed funda iacit, pars infima fundum.
Talus. Talus, taxillus ludus pars in pede talus.
Palma. Palma manus, ſit palma arbor, victoria palma.
Prunꝰ, na. Prunus habet prunū, prunam ſed flamma perurit.
Bruma. Pruina Pars anni breuior bruma eſt, tegit arua pruina.
Pecten. Pecten agit telam, lanam ſimul atque capillos.
Eſt cytharæ pecten, poteris quoq; dicere plectrum.
Inſuper & pubes piſcis, ſit & ordo choreæ.
Heſperus. Heſperus in ſero dicatur, mane vocetur
Lucifer. Lucifer, at Venus eſt ſemper nocteſq; dieſq;.
Venus. Eſt ſedes torus & pro lecto ritè notatur,
Sunt q; tori carnis pulpæ & palearia ſæpe.
Hora. Aſpires horam partem appellando diēi,
Ora. Si non aſpires limbum dabit & regionem.
Prora. Carina. Prora prior puppis pars vltima, & ima carina.
Ratis. Dic nauem eſſe ratem, ſic ligna natantia iuncta,
Claſsis. Naues collectas plures tu dicito claſſem.
Plaga. Dic vulnus plagam, regio plaga, vel plaga rete,
Produces primum debes breuiare ſecundum.
Tegmen grande plaga eſt ex lino ſed mulierū.
Auris. Auricula. Aures dic hominum, dic auriculas reliquorum.

Auricula non eſt parua auris, ſed cartilago circum aurium concauitatem. Auris verò etiam in brutis dicitur, vt: Auribus lupum tenere.

Vngula. Vngula de brutis, de cunctis dicitur vnguis.
Vnguis.

Vngula dicitur de his, quæ digitis carent, vt ſunt equi. Vnguis, de illis, quæ digitos habent ſeparatos, vt ſunt homines, aues, ſimiæ, vrſi, &c.

Ops, Opis. Auxilium deſignat opis. ops terra vocatur,
Opes. Diuitias opibus ſimul auxiliumq́; notato
Lens. Lens lendis capiti, lens lentis conuenit ori,
Lentigo. Lentigo in facie nota ſit rubicunda vocata.
Vita. Vita fouet corpus, conſtringit vitta capillos,
Vitta. Viuo facit primum, deriuat vincio vittam.
Acies. Eſt acies oculi, cultri, ingenij quoq́; acumen,
Vindicta. Et belli ſtructas acies potes ipſe vocare.
Continuè. Vltio vindicta eſt, ſimul .c prætoria virga.
Continuò. Continuè ſemper, ſit continuò tibi ſtatim,
For- fex, Forſex filorum, ceps ferri pexq́; pilorum,
ceps, Fex rerum ſordes, oleï dicet r amurca.
pex. Imbribus eſt torrens, ſed lign. m torris aduſtum,
Amurca. Corporis eſt membrum manus, eſt & .. rma po-
Torrens. teſtas,
Torris. Et telum nauis, elephantis ſitq́; proboſcis.
Manus. Glis animal, glis terra tenax, glis lappa voca-
Glis. tur.
Prima tenet gliris, ſis altera, tertia glitis.
Sors negat euentum, ſignat ſors æs capitale,
Sors. Sors eſt fortuna, & ſortes reſponſa deorum.
Mola. Grana molit mola, far quoq́; ſit teſtum & ſale
ſparſum,
Eſtq́; caro informis mulieri menſtrua ſiſtens.
Moles. Difficile & magnum moles, moles quoq́; pōdus,
Falx. Fax. Falx metit, aſt ardet fax faux eſt ſumma gulæ
Faux. pars.





Fas neutri generis licitum tibi ſignificabit, Fas.
Dic Thetis & Thetidis, ſic mater habetur A- Thetis.
chillis, Thetys.
Oceani coniux Tethys ſi Tethyos addas. Hirundo.
Ales hirundo canit, nat hirudo, mouetur arun- Hirudo.
do. Arundo.
Eſt tigris gris atque gridis fluuiusq́; animalq́;. Tigris.
Populus hæc arbor, populus hic vnio gentis. Populus.
Primum longato debes breuiare ſecundum.
Alter partitur ſimilem notat atque ſecundum, Alter.
Et de pluribus eſt alius, alterq́; duobus. Alius.
Lacteo lac ſugo, lacto lac præbeo nato. Lacteo, cto
Cupreſsi fructus conusq́; in caſside criſta, Conus.
Caſsis, dis galeæ eſt, ſtant captæ in caſſe feræq́;. Caſsis.
Clauis clauſtra aperit, infligit vulnera claua. Clauis.
Clauus conſtringit tabulas nauemq́; gubernat. Claua, uus.

Vide prouerb. Vinum caret clauo.

Penna auium, punit pœna, & pinna eſt tibi Penna.
rete, Pœna.
Piſcis habet pinnas, pinnæq́; cacumina muri. Pinna.
Relligio tibi ſit metus & veneratio diuûm. Relligio.
Sunt faſtidia tædia, ſunt faſtigia celſa. Faſtidia.
Eſt hominis tergum, ſed habebit bellua tergus. Faſtigia.
Primum dat tergi, ſed tergoris eſto ſecundi. Tergum.
Interdum vacuas dicemus tergora pelles. Tergus.
Tergum eſt dorſum non tantùm

animalium, ſed etiam aquarum & aliarum rerum. Tergus eſt corium. Accipitur tamẽ tergum pro tergore, vt apud Virgilium lib. 1. Aeneidos.

*Mercatiq; ſolum facti de nomine Byrſam.*
*Taurino quantum poßit circumdare tergo.*

Sinciput.
Occiput.
Miniſteriũ
Myſteriũ.
Exemplar.
Exemplũ.
Luſtrum.
Luſtro.

*Syncipút anterior capitis pars dicitur eſſe,*
*Occiput aſt partem capitis dic poſteriorem.*
*Dico miniſterium famuli, myſteria ſacra,*
*Exemplar liber eſt, exemplum ſcribis ab illo.*
*Quinque annos luſtrum dic atque cubile ferarum*
*Circuitus, purgatio, ſit luſtrumq; lupanar.*
*Luſtrat qui 1 purgat, 2 conſiderat, 3 irradiatq;,*
*Atque 4 perambulat 5 & ſequitur 6 circunſpicit inde.*

1 Vrbs aut agri luſtrabantur, id eſt, expiabantur, cum ſupplice pompa obambulabatur.

2 Cicero 3. Offi. Sed cùm omnia ratione atque animo luſtraueris.

3 Virgilius 5. *Sol qui terarum flammis opera omnia luſtras.*

4 Ouidius 7. *Et deus humana luſtro ſub imagine terras.*

Virgi-



5 Virgilius 2, Ecl. *Tua dum veſtigia luſtro.*

6 *Dumq; omnia luſtrat eundo*, Virgilius, 5. Aeneidos.

Ius. / Cura.

*Igni ius coquitur, ius rectum, iusq; poteſtas.*
*Eſt neutri generis & iuris habet genitiuum.*
*Cor vrit cura, & 1 curam dicemus amorem.*

1 Vergilius 4. Aen. At regina graui iam dudum ſaucia cura,

Vulnus. / Hulcus. / Tempus.

*Illatum vulnus, innatum dicitur hulcus.*
*Tempora pars capitis, tempus ſpaciumq; dierum.*
*Eſt quoq; 1 cõmoditas, 2 occaſio, conditioq;.*

1 Non eſt nunc tempus. Vbi tempus tibi erit, ſat habet ſi tum recipitur. Tempus adeundi, id eſt opportunitas.

2 Terentius: Ad eam rem tempus non erat. Arripere tempus. C. Cic. O mores, ò tempora.

Acus.

*Hæc ſartoris acus quartæ, diſcerniculumq;.*

1 Acus eſt, qua mulieres vtuntur ad diſcernendos capillos. Iuuenalis: Ille ſupercilium madida fuligine tinctum. Obliqua producit acu. Mar-

tia-

tialis: Figat acus tortas ſuſtineatque comas.

Frumenti, hoc acus atq; aceris, purgatio terræ.

*Lima.* Lima terit ferrum, ſed limus ſit tibi cœnum.
*Limus.* Obliquus limus, ſed continet hoſtia limen.
*Limen.* Terminus eſt limes, dicetur ſemito limes.
*Limes.* Eſt examen apum, ſoboles noua, lingua bilancis.
*Examen.* Inſuper eſt inueſtigatio iudiciorum.
*Examino.* Inueſtigando iudex examinat æquus.
*Patulum.* Aures dic patulas, oculos appello patentes.
*Patens.*

Patulum, quod per ſe naturaliter patet. vt nares.

Patens, quod aperitur & clauditur, vt hoſtia.

*Teres, Rotundus.* Sunt haſtæ teretes, ſed poma rotunda vocamus.

Teres, quicquid rotundum & oblongum eſt, vt columna.

Rotundum eſt, quicquid vniformis, hoc eſt, æqualis vndique eſt craſſitudinis, vt ſphæra.

*Aſſiduus.* Aſſiduus diues, ſimul ac intentus habetur,
*Specula.* Primo as atq; dat aſſideo caput eſto ſecundo,
*Speculum.* Proſpicit à longè ſpecula, hoc ſpeculum tibi lucet.
*Iuſtitia.*
*Iuſtitium.* Iuſtitia eſt virtus, ius (iuſtitium) tacet vrbis.





Bis duo ſunt odi, noui, cœpi, meminiq́; *Odi, Noui.*
Quæ retinent ſenſum præſentis præteritiq́; *Cœpi.*
Stans aqua ſit ſtagnum, ſed ſtannum dico metallum. *Memini. Stagnum.*
Quæ flagrant ardens, quod fragrat mittit odorem, *Stannum. Flagro.*
Turbam ſcito chorum, ſit ventus in aêre corus. *Fragro.*
Hebræǽq; genus tibi menſuræ corus eſto. *Chorus.*
Moriger ille tibi eſt quem dicimus obſequioſum, *Corus.*
Eſt benè moratus qui mores obtinet æquos, *Moriger.*
Eſt malè moratus mores retinens inhoneſtos. *Moratus.*
Aſt homo difficilis, querulus, moroſus habetur. *Moroſus.*
Immemor oblitus tibi, fœdus at oblitus eſto, *Oblitus.*
Obliuiſcor habet primum, oblino datq́; ſecundum.
Lentus 1 flexibilem, 2 tardum notat atque 3 ſecurum. *Lentus.*
Et ſi componas 4 plenum ſignare videbis.

1 Virgilius: Lenta ſalix quantum pallenti cedit oliua.

2 Feſtina lentè.

3 Virgilius: Tu Tytire lentus in vmbra.

4 Somnolentus, Violentus, Vinolentus, Puluerulentus.

Callidus 1 argutus nec non 2 breuis atq; 3 ſonorus. *Argutus.*

1 Argutus, qui callidè & ſolerter arguit, inde argutiæ, & argutari, quod eſt verbis ſubducere, & Argutulus.

2 Virgilius 3. Georg. *Argutumq́; caput*, id eſt, exile aut acutum.

3 Idem 7. Eclog. *Forte ſub arguta cõſederat ilice Daphnis.*

Diſcrimẽ. *Fert tria diſcrimen, 1 diſtantia, 2 lucta, 3 periclum.*

1 Inter bonos & malos magnum eſt diſcrimen.

2 Virgilius: *Poſt hos æquo diſcrimine piſtrix Centaurusq́; locum tendunt.*

3 Venire in diſcrimen, & adducere in diſcrimen.

Eſt quoque diſcrimen diuiſio aut dimidiatio capillorum, quæ fit acu aut diſcerniculo. Ouidius: *Compoſitum diſcrimen erit diſcrimina lauda.*

Inuidus. Inuidioſus. Collega. Comes. Socius. Sodalis. Aequalis.

*Inuidus ipſe dolet, gaude inuidioſus haberi,*
*Collegam facit officium, comitem via iungit,*
*Ipſe labor ſocium tenet & dabit eſca ſodalem,*
*Aſt amor æqualem pariter tempusq́; notabunt,*

Sunt



*Sunt & in os & in or quædam facientia rectos,* — Recti in os & or.
*Eſt labor atque lepos, odor ac honor additur arbor.*
*Iſta ſuis & in is & in er ſunt nomina rectis.* — Inis. & in er.
*Vomer cum puluer, ſic & ciner atq́; cucumer.*
*Qui necat, occidit moriens aſt occidit ipſe.* — Occido.
*Primùm cædo facit, cado vult formare ſecundum.*
*Expecto opperior, operit ſecreta tegenda,* — Opperior.
*Primum p geminat, ſimplex p ſcribe ſecundo.* — Opetio.
*Stemma eſt nobilitas, Stigma eſt punctura vocanda,* — Stemma. Stigma.
*Schema habitnm dices atq́; in ſermone figuram.* — Schema.
*Fert 1 gerit, 2 oſtentat, 3 patitur, 4 dat, 5 dicit, 6 habetq́;.* — Fero.
*7 Impellit, 8 gignit, 9. ducit, 10 præſcribit, & 11 aufert.*
*12 Accipit, atq́; 13 repræſentat, 14 cupit 15 obtinet, 16 offert.*

1 Quid fers? Ferre autem eſt in proprio corpore, ſed minus quàm portare, vt ferre annulum, libros.

2 Ferre ſe in auro, Vergil. 9.

3 Ferre repulſam, mortem alicuius, aduerſas res ægrè.

Verg.

4 Verg. 3. Aen. Ferte viam vẽto facilem Ferre in lucem, medium, publicum.

5 Idem 1. Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam poſthabuiſſe Samo. Sic ferunt.

6 Idem: Ferte ſui dederat monumentum & pignus amoris. Idem 8. Ferre honorem.

7 Cura, amor, dolor nos ferunt in aliquid.

8 Mar. Formoſum catulum ſimia nulla tulit.

9 Fert illuc via.

10 Ferre leges, iudicia, iura.

11 Omnia fert ætas. Verg. Poſtquam te fata tulerunt, Idem. Eſt autem Aphæreſis fert pro aufert.

12 Ouidius 2. de arte amandi: Si modò duraris præmia digna feres. Terentius: Quoduis donum & præmium à me optato id optatum feres, in Eunu.

13 Vergilius 3. Sic oculos ſic ille manus



manus, ſic ora ferebat.

Præ ſe fert virum probum, id eſt, foris repræſentat.

14 Ouidius: In noua fert animus mutatas dicere formas
Corpora

15 Ferre primas aut poſteriores partes.

16 Ferre conditionem, thura, ſacra.

*Eſt ager hoc aruum, granum eruum, ſulcus & vruum.* Aruum. Eruum.

Eruum genus leguminis, quo, Varro, pecus pingueſcere aſſerit. Quidam minores vitias eſſe putant. Vruum, teſte Seruio, aratri curuatura, vnde vrbs dicitur.

*Cogitat inquirens. reperit qui excogitat vllum,* Cogito.
*Orat qui rogat, exorat quiq; impetrat orans.* Excogito. Oro, exoro
*Dic duc fac & fer cognoſces apocopata.* Imperatiui apocope.
*Aeſtus ſit ſolis feruor, motuſq; marinus.* Aeſtus.
*Condit qui 1 ſepelit, 2 componitq; 3 ædificatq;.*
*Condit qui 4 abſcondit, conditq; alimenta 5 reponens.* Condo.

1 Condere monumento, tumulo.

 Con-

Conditus hic ego ſum.

2 Condere carmen, poëma, hiſtorias, leges.

3 Condere domum, vrbem, inde conditor.

4 Virg. 2. *Nota conduntur in aluo.* Idē *Condita ſeruo:*

5 Formicæ condunt fructus, quibus hyeme fruantur.

Serra. Sera. *Lignum ſerra ſecat, ſera continet hoſtia clauſa,*
*R gemina primo, ſimplex r ſcribe ſecundo.*

Conſto. *Conſtat 1 compoſitum eſt, & 2 notum dicito ſæpe,*
*Conſtat & 3 erigitur, ſimul & firmum 4 eſſe putatur.*
*5 Conſtat & eſt emptum cui caſum iungito ſextum,*
*Et tanti quanti pluris ſimul atq; minoris.*
*Non 6 conſtat ſibi qui non ſecum conuenit ipſe.*

1 Cicero: Ex elementis omnia cōſtant.

2 Idem: Quorū conſtat eum perſtudioſum fuiſſe in ſenectute.

3 *Conſtitit in digitos,* Virgilius.

4 Conſtat ſententia, pedibus, animo,



mo, mente. Cicero: Conſtare in ſententia, id eſt firmum eſſe.

5 Magno conſtat labore virtus.

6 Cum datiuo concordare notat. Cicero: Sunt qui in rebus contrarijs parum ſibi conſtant, 1. Off.

*Quod differre facit, prænomen dicimus eſſe,* Prænomen.
*Aſt nomen proprium poſitum ſibi vendicat omnis.* Nomen.
*Cognomen verò genus & cognatio ponit.*
*Vt Cneus & Paulus ſic Scipio Creticus extat.*
*Cogit qui 1 denſat, cogit quiq; vbera 2 mulget,* Cognomē.
*Et cogit 3 ſubigit, ſic 4 colligit, inſuper 5 vrget.*

1 Vergilius: *Frigore mella cogit hyems, eademq; calor liquefacta remittit.*

2 Idem: *Cogite oues pueri.*

3 Cæſar Turcas coëgit.

4 Cogere pecus, concilium, milites, ſenatum.

5 Vi & minis cogere. Cogere cuneos, Ius cogit.

*Et pomos & poma tibi pomaria ſeruant.* Pomarium
*Mœnia poſtq; locos poſitos pomœria dices.* Pomœriū.
*1 Malus mala creat, ſed geſtat carbaſa 2 malus,* Malus.
*Fœminei primum generis, maris eſto ſecundi.*

1 Arbor nota, cuius fructus malū.
2 Arbor nauis, de qua vela pendent, quæ carbaſa quoque vocantur.

*Et malus eſt prauus, rudis, & labor inde malum ſit.*

Ager. *Semen ager recipit, ſed terra extollitur agger.*
Agger. *Abreuies primo g, duplex ſcribe ſecundo.*
Mentior. *Mentitur fallens, mendacia dicit oberrans.*
Mendacia. *Hic vehementer amat, minus autem diligit ille.*
Dico. *Dic Gallos gentem, gallinas gallus habebit,*
Amo. *Atq; ſacerdotem Cybelis tu dicito Gallum.*
Diligo. *Carmina qui ſcribit 1 canit, & qui 2 vaticinatur,*
Gallus. *Quiq; canit 3 cantat, laudans 4 canit acta virorum,*
Cano. *Deſcribit 5 canit, 6 incantat, ſimul atq; 7 recenſet.*

1 Poëtæ canere dicuntur, cùm carmina ſcribunt.
2 Vergilius 3. Sola mihi tales caſus Caſſandra canebat. Terentius: Qui harum mores cantabat mihi.
3 Canere carmina, hymnos.
4 Horatius: Progeniem Veneris canimus.

Vergi-



5 Vergilius: Cùm canerem reges & prælia. Et: Arma virumq; cano.
6 Frigidus in pratis cantando rūpitur anguis. Inde carmen pro incantatione. Verg. 8. Ecl. Ducite ab vrbe domum mea carmina, Ducite Daphnim.
7 Vergilius 4. Quæ bella exhauſta canebat.

*Arceo cum cogo ne quiſquam accedere poſſit,* Arceo.
*Aſt abigo cum quæ ſimul acceſſere repello.* Abigo.
*Proſtheſis apponit caput id quod aphæreſis aufert.* De metaplaſmus.
*Syncopa de medio tollit quod epentheſis auget,*
*Aufert Apocope finem quem dat paragoge.*
*Ectaſis extendit, longam ſed Syſtola curtat,*
*Diuidit ipſa diæreſis, vnit epiſynalœphe.*
*Aufert Ecthlipſis m, ſed Synalœpha vocalem,*
*Antitheſis mutat, transfertq; metatheſis illas.*
*Legat qui mittit, ligat hic qui vincula nectit,* Lego.
*Le primum longat, li curtum pone ſecundo.* Ligo.
*Ille tui ſimilis qui moribus æquiparatur,* Similis.
*Ille tibi ſimilis quiſquis facie æquiparatur,* Fugo, fugio.
*Qui fugat expellit, fugit hic diſcrimina vitans,* Pulſo.
*Pulſo ſonans, pulſo feriens, propulſo repellens.* Propulſo.
*Eſt truncus vitis, ſed habebit vinea plures.* Vitis.

Vinea. *Ac inſtrumentum dicetur vinea belli,*

Ago. *Signat 1 ago recito, 2 facio, 3 reſero quoque 4 duco,*
*Et 5 tracto. 6 inſector 7 venor 8 moueo atq́; 9 guberno,*
*10 Inſtruo, 11 proficio, 12 loquor, 13 impello quoque 14 viuo.*

1 Agere Comœdiã, Apologum.

2 Omnia ad præſcriptum agere.

3 Agere Harpocratem, Sardanapalum, regem, præceptorem.

4 Agere aſinos, pecus.

5 Agere benè vel malè cum aliquo.

6 Agere aliquem fuſte, gladio, lapidibus.

7 Agere lepores, ceruos, vrſos.

8 Agere pultem, olus.

9 Agere nauem, celocem.

10 Cicero pro Arch. Hæc ſtudia adoleſcentiam agunt.

11 Terentius: Quid tu hic agas, vbi ſi quid benè præcipias, nemo obtemperet. Præſtat ocioſum eſſe quàm nihil agere.





12 Terentius: Eſtne hic ipſus, de quo agebam?

13 Agit nos deſiderium, libido, amor, auaritia.

14 Agit decimum annum, ætatem, æuum.

*Qui plangit plorat, plangit qui percutit ora.* Plango.
*Dicitur alga maris, ſed dicitur vlua paludis.* Alga. Vlua.
*Dic animam 1 vitam ſit 2 ventus & 3 halitus oris.* Anima.

1 Animam adimere, extinguere, eſt occidere. Aedere, efflare, relinquere, agere, dimittere animam, eſt mori.

2 Horat. Impellunt animæ lintea Thraciæ.

3 Anima vxoris fœtet, Plaut.

*Eſt 1 animus ſenſus ſic 2 delectatio & 3 ira.* Animus.

1 Anima propriè eſt vita. Animus conſilij. tamen ſæpè pro eodem accipiuntur. Et Cicero ferè animum pro anima ponit. Eſt igitur anima qua viuimus, ſentimus & mouemur. Animus eſt, quo ſapimus & intelligimus, vnde Saluſtius: Noſtra omnis

vis in animo & corpore ſita eſt.
2 Animi gratia.
3 Pro ira ferè pluraliter vſurpatur, vt: Pone animos. Tollere autem vel efferre animos eſt ſuperbire.

Parco. *1 Abſtinet & 2 ſeruat qui dat 3 veniam quoque parcit.*

1 Parce metu apud Vergilium. Parcere ſumptui, impenſæ, labori, operæ, precio, pecuniæ.
2 Parcere valetudini, voci, vitæ, quia ſimiliter ab illis abſtinemus quæ conſeruare ſtudemus.
3 Parce mihi, parce peccatis meis.

Via. *Eſt via 1 qua vadis 2 ratio 3 vſus & actus 4 eundi.*

1 Viam facere, eſt locum vbi non erat via, aperire.
2 Vergilius 4. Inueni germana viam gratare ſorori.
3 Terentius: Sed via peruulgata patrum quotidie accuſabam.
4 Cicero: Cunque de via languerem & mihimet diſplicerem.




*Verro 1 traho, verro 2 verto, verro quoq; 3 mundo.* Verro.

1 Vergil. 1. Aen. Quippe ferant rapidi ſecum verrantque per auras. Vnde verriculum rete dicitur.
2 Ibidem: Adnixi torquent ſpumas & cærula verrunt Aequora.
3 Verre domum, pauimentum.

*Halat qui ſpirat, alit hic qui porrigit eſcam,* Halo.
*Primum longato, debes breuiare ſecundum.* Alo.
*Frons frontis capitis, frondis dic arboris eſſe.* Frons.
*Fons puteus, maris eſt, ſed cætera fœmina dicis.* Fons.

Differunt tamen fons & puteus, hoc à putore quidam deducunt, quòd effodiendo puteat, illud à fundendo, quòd de terra ſe effundat & vſus præbeat, quum puteus ſit altior, ex quo cadurco aut alio vaſe iumento aut homine rotam verſante aquam haurimus.

Maris, id eſt, maſculini generis.

*Maiore nincuſo, paruos accuſo pareſq;.* Accuſo. Incuſo.

Hoc ex Seruij ſententia, ſed Valla improbat, cuius ſententiam hoc carmine reddidimus.

Accuso culpa
Incuso mores



*Accuſans culpam impingit quauis ratione.*
*Incuſans de moribus aſt expoſtulat ipſis.*

**Periculum.** 1 *Diſcrimen dices & 2 experimenta periclum,*
*Primum dat pereo, perior vel pira ſecundum.*

1 Cice. Qui periculum fortunarum & capitis ſui pro mea ſalute neglexit.

2 Periculum facere. πεῖρα, id eſt experimentum.

**Eminus. Cõminus.** *Eminus à longè, ſed comminus ad propè ſpectat.*

Hæc è loco, non in loco, ſignificant.

**Notus. Nothus.** *Dic aſtrum eſſe notum, nothus eſt ex pellice natus.*
*H ſugiat primum, ſed tu aſpirato ſecundum.*
*A noſco verò notus tibi cognitus eſto.*

**Saltem. Saltim.** *Saltem ſit tantum, ſi ſaltas dicito ſaltim,*

**Cupido.** *Cæcus & à latus nudus puer & pharetratus,*
*Iſtis quinque modis dominus ſignatur amoris.*

**Admoueo. Amoueo.** *Admouet adponit, ſed qui quicquam amouet aufert,*

**Admitto. Amitto.** *Admittit cùm d recipit, ſine d quoque perdit.*

**Antiquus.** 1 *Nobilis antiquus 2 vetus & 3 precioſus habetur.*

1 Ecquid in antiquam virtutem animosque viriles,

Et



Et pater Aeneas & auunculus excitat Hector, Verg. 3.

2 Antiqui homines, Antiqua conſuetudo.

3 Virtute nihil debet homini eſſe antiquius.

**Ala. Ales.** *Ala auium eſt, & turma equitum, volucriſq; ſit ales.*
*Fœminëi generis primum, commune ſecundum.*

**Fluuij infernales.** *Styx, Acheron, Lethe, Cocitus cum Phlegetonte.*
*Odit, triſtatur, dediſcit, luget, & ardet.*

στύγω, id eſt, odi vel metuo.

Acheron, quaſi ἄχηςιαν, id eſt, ægritudinibus ſcatens, vel ἄχθομαι, id eſt, triſtor.

λήθη, obliuio, κωκύω, lugeo. φλέγω, ardeo.

**Claßis.** *Pars populi claßis, ratium collectio, turma,*

**Ambitus.** *Ambitus clauſus, verùm ambitus optat honores,*
*Mobile ſit primum, ſed ſixum dico ſecundum.*
*Qui leuiter 1 tangit libat, 2 guſtat, 3 recipitq;.*

1 Vergilius: Oſcula libauit natæ.

2 Idem: Nulla neque amnem libauit.

bauit quadrupes.

3 Cicero: Ex aliorum laboribus libare laudem.

Libo. *Sacraq; fert libat, litat hic qui numina placat.*

Lito. *Lætus lætitiam aſpectu, gaudens animo fert.*

Inde oues, ſegetes, armenta læta dicuntur, id eſt, pulchra & valentia, vnde vultus læti non gaudentes dicuntur.

Lætus. *Lætus lætatur, ſed mortem dicito letum.*

Letum. *Qui locat 1 exponit, ſic 2 æſtimat, atq; 3 maritat.*

Loco. *Exponit 4 precio, ſimul & facienda 5 locamus.*

1 Vergilius 1. Aeneid. Hic alta theatri fundamenta locant. Locare inſidias, operam. In dominatu locare.

2 Cicero: Itaque virtutem locetis, ſine qua amicitia eſſe non poteſt, vt ea excepta, nihil amicitia præſtabilius eſſe putetis.

3 Locare filiam, & locare filiam nuptum, vel in matrimonium, in luculentam familiam.

4 Locare ædes, eius relatiuum eſt



eſt conducere.

5 Locare agrum fodiendum, eſt curare vt fodiatur. Sul. ad Cic. Poſteaque curauimus, vt iidem Athenienſes in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent.

*Annuit atq; nuit qui ſigno velle notat quid,* Annuo.

*Abnuit ipſe negat capite aut oculis manibusue.* Nuo.

*Et nutat caput, atq; domus caſura, animusq;.* Abnuo.

*Atq; canes 1 nictunt, tremulo 2 nictamus ocello.* Nuto.

1 Nictunt canes cùm ſentiunt odorem leporum, &c. Nicto.

2 Nictare frequentatiuum à niueo.

*Dic famulum puerum, puer ætatem tibi ſignat.* Puer.

*Atq; marem puerum dicemus ſæpè notare.*

*Dat 1 cauſam propter, ſic 2 iuxta dicito ſæpè.* Propter.

1 Propter te, id eſt, tua cauſa.

2 Terentius Adelph. Hic propter hunc aſsiſte.

*Scintilla eſt ardens, cinis extinctusq; fauilla.* Scintilla.

*Conſequor 1 acquiro ſimul & 2 ſequor 3 exprimo quicquam.* Fauilla. Cõſequor.

Conſequi labore, ſtudio, virtutes, ſtudia, laudes. Conſequi metam, gratiam, veniam, precibus.

Con-

2 Conſequi aliquem in officio.

3 Non poſſum verbis aut oratione conſequi.

**Laxo. Laſſo. Procul.**

*Laxat qui laxum reddit. laſſatq; fatigans.*
*Eſſe procul longè dices, procul eſt prope ſæpè.*

Procul longè & non longè ſignificat. Terentius: Quem cum iſthoc ſermonem habueris procul hinc ſtans accepi.

**Peto à poſco. Flagito. Poſtulo.**

*Grata petit, poſcit ſed debita, flagitat ardens.*
*Poſtulo honeſta petens, accuſoq; cum genitiuo.*

Poſtulatus eſt repetundarum, iniuriarum.

**Obſecro. Rogo. Obteſtor. Oro. Duplices ablatiui. Pyra. Vas. Vindex. Vltor.**

*Obſecrat per ſacra, rogans quæritq; petitq;.*
*Res memorans obteſtatur, rogoq; oro notabit.*
*Impetus atq; dies, nox dant e vel u tibi ſextos.*
*Eſt pyra congeries lignorum, exuſtaq; buſta.*
*Ardenteſq; rogos ſubiecto dicimus igni.*
*Vas vadis eſt ſponſor, fluuijq; vadū breuis vnda.*
*Vas vaſis terna, pluralem flecte ſecunda.*
*Vindex dicetur futura pericla repellens,*
*Præteritumq; malum qui punit dicitur vltor.*

Nam vltio, teſte Cornelio Frontone, vindicat factum, Vindicatio futura prohibet. Ideo Mars vltor, non



non vindex, dicitur.

**Haurio.**

*Haurit ſit 1 vacuat, 2 bibit, 3 accipit, 4 aſpicit 5 audit,*
*6 Conſumit, 7 luit, & 8 pulſat, 9 teneratq; 10 fatigat.*

1 Haurire poculum, pateram, cantharum.

2 Haurire potionem mulſi.

3 Hanc legem à natura hauſimus, haurire dolorem, Haurire animo, id eſt, accipere.

4 Verg. Hauſit cœlum.

5 Haurire vocem auribus.

6 Flamma vel incendium hauſit opus, libros.

7 Supplicium haurire.

8 Latus haurit apertum, Verg.

9 Verg. 4. Geor. Et medium ſol igneus hauſerat orbem.

10 Exultantiaque hauſit corda pauor pulſans.

**Conſultor. Conſultus. Cōſultum.**

*Conſultor petit atq; aliquando conſilium dat.*
*Conſultus petitur, ſimul eſt prudenſq; ſcienſq;,*
*Sit tibi participans primum, nomenq; ſecundū.*
*Quod verò petitur cōſultum eſt iure vocandū,*

Eſt

*Facinus.* Eſt facinus factum, ſimul & ſcelus eſſe memento.

*Fœtus.* Dic fœtam 1 plenam & 2 grauidam atq; puerpera 3 fœta.

1 Verg. 1. Aeneid. Loca fœta furentibus auſtris.

2 Fœtæ oues.

3 Fecerat & viridi fœtam Mauortis in antro.

*Furtum.* 1 Inſidias furtum 2 ſtuprum dic atq; 3 rapinam.

1 Verg. 11. Furta paro belli conuexo in tramite ſyluæ.

2 Tibullus: Cælari vult ſua furta Venus.

3 Furtum eſt alienæ rei ablatio, & veteres dicebant furtum quicquid clàm committebatur.

*Hara. Ara.* Eſt hara porcorum, venerabilis ara deorum.
Prima breuis petit h, longa eſt ſine hq; ſecundũ.

*Accuſatiuus pluralis tertiæ declinationis in eis.*
Sæpius eis finit pluralem tertia quartum,
Cum tenet is rectus ſimilem formando ſecundũ.
Occupat aut gemina vt n r s, conſona finem,
Vt naueis, imbreis, ponteis ſic dicito parteis,
Rarius eis reliqua, hinc plureis et lis quoq; liteis.

Finis Guarini carminũ.

CHRI-



# CHRISTOPHORI HECYRI CARMINA DE POLYSEMIS ET DIFferentijs vocabulorum.

Conſulo te quærendo conſiliumq; petendo, — *Conſulo.*
Conſulo ſed tibi conſilium do proſpicioq;. — *Aequipo niq; cõſulo*
Si genitiuum addas tum iudico & æſtimo ſignat.
Tres tibi ſint Parcæ, Clotho ex his prima colum fert. — *Parcæ.*
Penſa trahit Lacheſis, Atropos ſed fila recidit, — *Charites vel Gratiæ.*
Tres charites Aglaia, Thalia quoq; Euphroſineque. — *Furiæ ſeu Eumenides.*
Diræ ſunt Alecto, Tiſiphone atq; Megæra.
Dicetur vini, panis, carnis quoque mucor, — *Mucor.*
Sed lychni mucus, naſi humoremq; notabit. — *Mucus.*
Mucidus eſt primi, mucoſus ſitq; ſecundi. — *Mulceo.*
Mulcet qui lenit, ſed mulget vbera preſſans. — *Mulgeo.*
Accuſat furti, de furto, in furto rite loquendo. — *Accuſo.*
Eſt 1 immaturus, 2 crudelis, 3 amarus, acerbus, — *Acerbus.*

1 Acerbus fructus.

2 Acerbus homo, cui lenis opponitur, acerbum ſpectaculum.

3 Vita acerba. Funus acerbum, & interitus acerbus.

Acerbus per metaphoram pro moleſto & infeſto ponitur. Cicero: Eo die acerbum habuimus Curionē, Sic acerbum vulnus, odium.

Ficus. *Hic aut hæc ficus fructus quartæ atq; ſecundæ,*
*Hæc ficusq; arbor, ſimiliq; modo variatur,*
*Hic ficus fici morbum tibi ſignificabit.*

Perdo. *Perdo 1 corrumpo, 2 amitto, 3 condemno 4 necoq;.*

1 Adoleſcentes ſibi permiſsi perdunt ſeſe.

2 Perdere fidem, gratiam, ius.

3 Immerito bonæ perdūtur literæ.

4 Pij iniuſta perduntur morte.

Iucundus. *Iucundus lætis, ſit in aduerſis quoq; gratus,*
Gratus. Situs. *Si ſitus adiectum eſt, poſitum notat atque ſepultum.*
*Fixum lanugo eſt aliquo ex humore creata.*

Volo. *Hæc volo ſignificat, 1 fauco, 2 ſigno 3 cupioq;.*

1 Benè ſibi volo.

2 Quid hoc ſibi vult?

3 Quid vis amplius? Et volo te alloqui.

Sed



*Sed volucres feſtinantes hominesq; volabunt.* Volo, as.

Ita nauis, fama, volare dicuntur.

*Aſſerit affirmat, 1 defendit & 2 arrogat vſū.* Aſſero.

1 Aſſerere ſe ab iniuria obliuionis vel à mortalitate.

2 Aſſerere ſibi maieſtatem diuinam vel eruditionem.

*Comparo 1 conquiro, 2 paro, & 3 ordino 4 confero 5 emoq;.* Comparo.

1 Terentius: Ex commodis alterius ſua comparet vt commoda. Comparare domicilium, pecuniam.

2 Comparare prandium, periculum.

3 Terentius in Phorm. Quàm iniquè comparatum eſt, vt hi qui minus habent, ſemper aliquid addant ditioribus.

4 Non eſt cum illo vel ad illum comparandus.

5 Cato de re Ruſt. Prædium cùm comparare cogitabis, ſic in animo habeto.

*Fingo 1 compono 2 ſimulo, 3 formo 4 refero q;.* Fingo.

 Molior

5 *Molior atque* 6 *orno* 7 *lambo ſic* 8 *inuenioq;.*

1 Fingere verſus.

2 Fingere ſe doctum, probum. Cicero: Fingere amicitias.

3 Fingere ollas, Fingere aliquem ad virtutes, ad rectum, ad literarum ſtudia.

4 Vultum & inceſſum alicuius fingere.

5 Fugam fingere.

6 Verg. 4. Molliq; fluentem, Fronde premit crinem fingens.

7 Vergilius 8. Corpora fingere lingua.

8 Fingere fabricam, fallaciã, cauſam, eſt comminiſci.

Decus. Decor. Clarus. Præclarus. Præclaré. Feſtiuus. Feſtus. Venalis.

*Eſt decus ex rebus geſtis quæ venit honeſtas.*
*Sed perſonarum decor atq; decentia rerum.*
*Primum dat decoro, formatq; decoro ſecundum.*
*Clarum aut præclarum dic inſignem & manifeſtum.*
*Inſuper atque bonum, præclaré ſic bené ſignat.*
*Feſtiuus lepidus ſit, ſed feſtus feriatus.*
*Quod proſcriptum atque expoſitum eſt venale vocatur,)*



Vendibilis. Proſper. Fœlix. Salubris. Sanus. Armentum. Grex. Exiſto. Exto. Vendico. Vindico. Popularis.

*Eſt res vendibilis quæ venditur abſq; labore.*
*Proſper dat, fœlix recipit ſed proſperitatem,*
*Ipſe ſalubris dat, retinet ſanusq; ſalutem.*
*Armentum pecorum maiorum, grexq; minorum.*
*Exiſtit motu emergens, extat ſine motu.*
*Vendicat appropriat, vlciſcens vindicat vllum.*
1 *Spectans ad populum & charus* 2 *populo eſt popularis,*
3 *Sortis & eiuſdem,* 4 *ciuis,* 5 *plebeius habetur.*

1 Popularem auram vel famã captare.

2 Cicero: Nihil tã populare quàm bonitas.

3 Terentius in Phorm. Amicus meus ſummus & popularis Geta.

4 Terentius in Adelph. Obſecro populares, ferre miſero atque innocenti auxilium.

5 Plautus: Præſtat diuitem eſſe popularem, quàm nobilem & mendicum.

Corrumpo

*Corrumpo* 1 *vitio eſt, ſic* 2 *inquino,* 3 *deſtruo,* 4 *perdo.*

1 Corrumpere virginem.

2 Corrumpere corpus.

3 Corrumpere iuuentutem, prandium, piſces.

4 Corrumpere puerorum animos. Sic oculos lachrymis.

**Timeo.** *Te timeo vt hoſtem, timeo tibi ſicut amico.*

**Caueo.** *Te caueo vitans, caueo mihi proſpiciendo.*

**Taxo.** *Taxat 1 qui tangit, precio 2 æſtimat & 3 maledicat.*

1 Taxo frequentatiuum à tango.

2 Plin. Frugiferas tanti taxauerant.

3 Taxare aliquem, id eſt culpare. Inde taxatores, qui alterutrum maledictis tangunt.

**Abdico.** *Abdicat hic natum priuando iure paterno,*

**Exhæredo.** *Exhæredat non hæredem conſtituendo.*

**Obſeruo.** *Obſeruo attendo, admirans aliquem venerorq́;.*

**Accedo.** *Accedo eſt 1 adeo, 2 creſco, 3 ſubeo, ſimul 4 addo.*

**Acceſſus.** **Acceſsio.** *Sit primi acceſſus, acceſsio ſitq́; ſecundi.*

1 Accedere præceptorem, & ad præceptorem.

2 Hoc acceſsit calamitatibus meis,





& ad calamitates meas.

3 Accedere periculum, Plautus.

4 Terent. Ad hæc mala, hoc mihi accedit etiam.

*Eſt vertex capitis, cœli, ſic montis & vndæ.* **Vertex.**

*Auerſor deteſtor, aduerſorq́; repugno.* **Auerſor.** **Aduerſor.**

*Confundit qui 1 commiſcet, 2 perturbat & 3 vnit.* **Confundo.**

1 Confundere vinum aqua.

2 Confundere fœdus, amicitias. Inde animus confuſus, & oratio confuſa.

3 Liuius 1. Alterius vrbis duo populi in vnum confuſi ſunt.

*Munus ſit donum, nec non onus officiumq́;.* **Munus.**

*Noxa notat pœnam, culpam ſimul ac nocumentum.* **Noxa.**

*Ambitio eſt animi, ſed in actibus ambitus eſto,* **Ambitio.** **Ambitus.**

*Vicus pars vrbis, ruri villæq́; frequentes:* **Vicus.**

*Veſper, lux & rus formant e vel i tibi ſextos,* **veſperi pro Veſpere.**

*Appeto cum affectu, ſitq́; expeto cum ratione.* **Appeto.** **Expeto.**

*Supplico voce petens, ſed geſtu pronus adoro.* **Supplico.** **Adoro.**

*Conſternari animi eſt, cõſternere corporis eſto.* **Cõſternari.** **cõſternere.**

*Adſum præſens ſum ſignat, faueo, venioq́;.* **Adſum.**

*Hæc tria præſtò ſum recipit tibi ſignificata.* **Præſto.**

Præſtò ſum, idem ſignificat quod adſum.

Exigo. *Exigo ſit 1 viuo, 2 depello, 3 tranſigo, 4 ſumo,*
*5 Perquiro & 6 patior ſic 7 poſtulo, debita 8 poſco.*

1 Exigere annos, ætatem, ſecula, æuum.

2 Exigere à ſe hoſtem, virum, laſſitudinem è corpore.

3 Exigere tempus, diem, opus, partem noctis.

4 Exigere ab aliquo ſupplicium.

5 Vergilius: Socijſque exacta referre.

6 Exigere ærumnam.

7 Studia ocium exigunt. Hanc exigo à te operam.

8 Exigere nomina, promiſſum. Inde exactores, qui pecunias exigũt.

Conficio. *Conficio 1 abſoluo, 2 patro, 3 conſumo, 4 retundo,*
*5 Confodio, 6 paro, 7 debilito, 8 compono, 9 necoq́;*

1 Conficere curſum, negocium annos



nos multos, iter.

2 Conficere flagitium, facinus.

3 Conficere bellum, argentum, bona, dies, patrimonium.

4 Conficere aliquem verbis.

5 Conficere feram.

6 Conficere pecuniam, malum.

7 Confici ſenio, labore, ieiunio, curis, fame.

8 Conficere pacem, tunicas hybernas, librum.

9 Conficere hominem, eſt occidere, aliquando perſuadere.

*Inficit 1 intingens, 2 vitians ſimulq́; 3 venenans.* Inficio.

1 Inficere veſtes. Sic bonis aut malis artibus pueros inficere, eſt inſtruere.

2 Luxu & peregrinis infecti moribus.

3 Pocula veneno inficere.

*Inficias it, qui negat, aut etiam inficiatur.* Inficior.

*Finalem cauſam Vt, ſed quòd notat efficientem,* Inficias eo. Vt. Quòd

*Profert qui 1 differt, 2 producit 3 proloquiturq́;.* Profero.

1 Terentius: Saltem aliquot dies profer.

2 Proferre teſtes, lineam, linguam tuſsiendo.

3 Proferre mendacium, dolum, in medium, publicum.

*Quæſtus.* *Quæſtus nummorum lucrum, queſtusq; querela.*
*Queſtus.* *Quæſtibus eſt primi, ſed queſtubus eſto ſecundi.*
*Quæro formabit primum, queror atque ſecundum.*

*Propago.* *Propago vitis ſit, progeniesq; propago.*
*Calleo.* *Produces primum, debes breuiare ſecundum.*
*Caleo.* *Obductus callis callet, callidusq; calebit,*
*Calidus.* *Aſtutus prudens, eſt callidus atq; peritus.*
*Aſtutus.* *Hic palus fuſtem, limum hæcq; palus tibi ſignat.*
*Palus.* *Hoc tibi ſit terni flexus, illudq; ſecundi.*
*Aeſtimo.* *Aeſtimo taxo, puto, atq; exiſtimo iudico quicquam.*
*Exiſtimo.*

*Tendo.* *Tendit qui 1 extendit, 2 ponit 3 proficiſcitur, 4 offert,*
*5 Intendit ſic 6 conatur, 7 tentoria ponit.*

1 Vergilius: Tendunt vela noti.

2 Tendere inſidias, retia.

3 Tendimus in Latium.

4 Idem 2. Paruumque patri tendebat Iulum.

Hora-



5 Horatius: Neque ſemper arcum tendit Apollo.

6 Vergilius 2. Ille ſimul manibus tendit diuellere nodos.

7 Idem: Hic ſæuus tendebat Achilles.

*Confero.* *Confert qui 1 donat, ſecum 2 fert, 3 comparat 4 itéq;,*
*5 Prodeſt 6 impendit, 7 coniungit 8 ſic quoque transfert.*

1 Conferre dona. Conferre in aliquem officia, beneficia.

2 Vſus confert artem, ars virtutē.

3 Non es illi vel cum illo conferendus.

4 Quò te confers? Confero me ad Petrum, non in Petrum, dicitur.

5 Literæ conferunt Reipub.

6 Conferre ſtudium, operam in literas, linguas.

7 Nouiſsima conferre primis.

8 Terentius: Metuet ſemper quē ipſa nunc capit fructum, ne quando iratus aliò conferat.

Sic verba ad rem conferre.

Pono

**Pono.** *Pono eſt 1 impendo, 2 rado, 3 ſtatuo, 4 ædificoq́;,*
*5 Omitto 6 pingo, 7 depono, 8 colloco, 9 figo.*
*10 Deſino & 11 appono, 12 præſcribo 13 tranſigo, 14 planto,*
*15 Fingo, 16 do 17 ſedo 18 ſcribo, ſic 19 æſtimo, 20 linquo.*

1 Ponere impenſas, ſumptum in artium ſtudia.
2 Ponere barbã, capillos, vngues.
3 Ponere pramia, metam.
4 Ponere templũ, mœnia, caſtra.
5 Ponere grauitatem, metum, ferocitatem.
6 Horatius: Soles nunc hominem ponere, nunc Deum.
7 Vergilius 1. Ponuntque ferocia Pæni corda volente deo. Sic ponere odium, vitia.
8 Cicero: Ponere ſummum bonũ in virtute, ponere in aliquem ſpem.
9 Ponere pedes.
10 Venti poſuerunt.
11 Mart. Nõ mihi pones rhombos.

Ponere



12 Ponere leges, iura, mores.
13 Ponere diem, horam, tempus cum aliquo, Ci.
14 Verg. Inſere nunc Melibæe piros, pone ordine vites.
15 Terentius in Phor. Pone eſſe victum eum, pro quo barbari dicũt, Pone caſum.
16 Ponere nomen, cœnam.
17 Ponere bellum.
18 Hoc in ſua oratione poſuit. Ponere pro certo ſum veritus.
19 Ponere aliquem principem.
20 Ponere vitam in adminiſtratione Reipub.

*Componit 1 ſedat, 2 ſepelit, 3 comat, 4 ædificatq́;.* **Compono.**
*5 Colligit & 6 finit, 7 iungit, 8 diſponit & 9 æquat.*
*10 Confert, 11 definit, 12 ſcribit 13 facit hinc quoque 14 ſternit.*

1 Componere fluctus, turbas, bellum, animum, iram.
2 Componere mortuos.
3 Componere crines.

Com-

4 Componere vrbem.
5 Terent. Compone quæ ſimul tecum ferantur.
6 Componere controuerſias. Vergilius 1. Aen. Ante diem clauſo componet veſper Olympo.
7 Componere manus manibus, oribus ora, latus lateri, cum pectore pectus.
8 Componere res ſuas, teſtamentum. Rempub.
9 Verg. Sic paruis componere magna ſolebam.
10 Componere dicta cum factis. Componere aliquem alteri, vel cum altero.
11 Componere cauſas, aut aliquid inter aliquos.
12 Componere res geſtas, facta, carmina, hiſtorias, libros.
13 Componere concordiam, pacem, gratiam.
14 Componere lectum, veſtes, habitum.





*Imponens aliquid cuiquam is onerare notatur,* Impone.
*Fallit qui imponit tibi, ſicq; impoſtor habetur,*
Dico 1 *deſigno eſt, 2 deſcribo, 3 laudo, 4 canoq;.* Dico.
*Sic 5 ſtatuo 6 voco, 7 do, 8 præſcribo, 9 creoq; [illegible].*

1 Dicere diem, tempus.
2 Dicere prælium, verſus.
3 Horatius: Prima dicte mihi ſumma dicenda camœna.
4 Dicere modos, carmina.
5 Liuius: Dicere multam, multationem pecuniæ.
6 Vergilius: Eſt locus, Heſperiam Graij cognomine dicunt.
7 Dicere pecuniam, Cicero. Saluſtius: Dicere nūmos, pro promittere nummos dixit. Dicere dotem, omnia bona, nomen.
8 Dicere conditiones pacis, leges, iura.
9 Dicere magiſtrum equitum, cōſulem.
10 Dicere mendacium, verū. Eſtque dicere propriè Oratorum.

Prædico. Prædico præſagio ſit, ſed prædico laudo.

Primum ſit terni flexus, primiq; ſecundum.

Exulto. Exultat gaudens, exaltans tollit in altum,

Exalto. Qui leuat 1 exonerat, 2 minuit 3 iuuat 4

Leuo. euacuatq;,

5 Mitigat, 6 auertit, 7 reſtinguit, ſic 8 re-
creatq;,

9 Soluit & 10 extollit ſic 11 liberat atque 12
remittit.

1 Leuare ſtomachum, veſicam, ventrem, currum.

2 Leuare morbum, calculum, fidem, laborem, ſumptum.

3 Leuare pauperem, paupertatem alicui.

4 Leuare loculos, marſupium.

5 Igne leuatur hyems. Sic leuare dolorem, mœrorem.

6 Leuare cladem, iniurias.

7 Leuare ſitim, arida ora.

8 Leuare animum exercitatione,

9 Leuare cathenas, vincula.

10 Leuare manus, cor.

11 Leuare aliquem cruciatu, errore, opinione, falſe, & leuari à pœna.

Dici-



Dicimus autem: Leuare aliquem metu, & leuare alicui metum.

12 Leuare amicitias remiſsione vſus.

Cædo te ſit flagello, tibi cedo locum do, Cædo.

Ceßi præteritum ſit huic, illiq; cecidi.. Cedo.

Cædo, teſte Valla, rarò pro occido accipitur.

Vnica vox cedo ſit, quæ dic vel da tibi ſignat.

Suppetere & tibi 1 ſufficere & 2 ſupereſſe notabit. Suppetere

1 Abundè ſuppetunt facultates. Hinc ſuppetiæ nomen.

2 Cicero: Scribentur fortaſſe plura, ſi vita ſuppeter.

Qui petit ipſe 1 rogat, 2 proficiſcitur, 3 aggrediturq;, Peto.

4 Poſtulat atque 5 manet 6 ferit, 7 inquirit
quoq; 8 ſumit.

1 Te maiorem in modũ peto, Petere veniam, conſilium.

2 Petere Italiam, Romam, cœlũ, ſublime, locum aliquem.

3 Petere aliquem vel vitam alicuius, aut famam, aut caput, eſt in per-



niciem

niciem petere.

4 Petere conſulatum, epiſcopatū, auxilium ab aliquo.

5 Vergilius 9. Troianos hæc mō-ſtra petunt.

6 Dentibus aper, calcibus equus, taurus cornibus petit. Petere gladio, lapidibus, iaculis.

7 Verg. Euandrum petimus. Terentius: Petere cibum.

8 Petere exordium principium, argumentum, originem. Sic pœnas ab aliquo petere.

**Animo.** *Confortans animat, animam præbens animatq́;*

**Exanimo.** *Exanimat qui perturbat, vita ſpoliatq́;,*
*Dic animum primi caput eſſe, animamq́; ſecūdi.*

**Conduco.** *Conducit precio 1 qui ſuſcipit hinc quoque 2 prodeſt.*

1 Conducere domum, ſeruos. Inde conductitius.

2 Cicero: Conducit Reipub. rationibus.

**Produco.** *Produco 1 cito, ſic 2 profero 3 proſtituoq́; Ad quæſtum 4 expono, 5 prolongo & tranſigo ſignat.*

Pro-



1 Producere authorem vel teſtem.

2 Producere ad ſolem.

3 Plautus: Audientem dicto mater produxiſti filiam.

Apud eundem tamen eſt quoque producere, pro gignere.

4 Teren. Precium ſpectans illicò producit & vendit. Hinc productores dicebantur, qui virgines abducebant, & ad quæſtum exponebant.

5 Producere ſermonem in multam noctem.

6 Terentius: Cyathos ſorbillans, paulatim hunc producam diem. Sic producere noctem vino.

**Prohibeo. Inhibeo.** *Ante inceptam rem prohibet, cœptamq́; inhibemus,*
*Qui prohibet 1 vetat, 2 auertit, ſimul atq́; 3 propellit.*

1 Terentius in Heau. Multa fert libido, ea prohibet facere tua præſentia. Prohibet diſcere, videre.

2 Idem in Andr. Si eueniat (quod dij prohibeant) diſceſsio.

3 Prohibere domo, calamitate, & pro-

prohibere aliquem ab ædibus, ianua, aqua, gladio.

**Perhibeo.** *Sed perhibere duo hæc 1 affirmare & 2 dare ſignat.*

1 Vergilius 8. Aureaq; ( vt perhibent ) illo ſub rege fuerunt Secula.

2 Perhibere teſtimonium, honorē.

**Cohibeo.** *1 Continet & 2 frenat cohibens 3 vetat & 4 moderatur.*

1 Cohibere ſe intra locum aliquē.

2 Cohibere iracundiam, libidinē, ſe.

3 Cohibet pietas, Cohibent pugnare leges.

4 Cohibere filium, manus, oculos.

**Incido.** *Qui cadit incidit, at foueam incidit fodiendo.*

**Moror.** *Eſt moror 1 expecto, ac 2 habito 3 dubito atq; 4 retardo.*

1 Non diutius morabor.

2 Morari in ciuitate aut agro.

3 Vergilius 2. Quidue moror ſi omnes vno ordine habetis Achiuos.

4 Egomet conuiuas moror. Moram molıri.

N



*Nil moror haud curo, moror haud, in me mora non eſt.*

**Anus.** *Hic anus podex tibi ſit, vetula hæc anus eſto.*

**Hic, Ille.** *Hoc tibi ſit quarti flexus illudq; ſecundi,*

*Hic tibi vicinum, refereto; remotius ille.*

**Fruor.** *Re fruimur propter ſe, delectemur vt illa.*

**Vtor.** *Alteriusq; rei cauſa nos dicimur vti.*

**Vrgeo.** *Vrgeo ſit 1 ſtimulo, 2 celero, ſic 3 inſequor, 4 inſto.*

